



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXXII. Die Grafen von Lindow bestätigen der Lorenz-Kirche in Möckern 2  
Hufen daselbst, am 8. März 1358.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

veylich fyn gewesen, als wi den scaden achten vppe drihundert mark siluers, vnde bidden lik vnd recht dar vmmē.

Aus Bischof Mecklenburger Jahrbücher XVI, 228.

**LXXII. Die Grafen von Lindow bestätigen der Lorenz-Kirche in Möckern 2 Hufen daselbst, am 8. März 1358.**

Nouerint vniuersi presentem litteram Inspecturi, quod Nos Vlricus, Albertus, Gunterus, Woldemarus, fratres, dei gratia comites de Lyndow, ob honorem dei omnipotentis sueque genitricis virginis Marie gloriose ac omnium sanctorum et ut cultus diuinus magis ac magis augeatur, iusto titulo proprietatis appropriauimus et presentibus appropriamus, dedimus et per presentes donatione solempni damus honestis nostris familiaribus Fideli Heysoni et Johanni, fratribus dictis Königsborne ac eorum legitimis heredibus presentibus et futuris duos mansos sitos in campis oppidi nostri Möckern in tribus latitudinibus cum area adiacente et prato et cum omnibus vtilitatibus et prouentibus eorundem, quos ipsi hactenus a nobis iure hereditario possidebant pheidali, ac Altare quoddam erectum et fundatum et dotatum cum eisdem in ecclesia parrochiali Sancti Laurentii prefati oppidi nostri möckern sub honore omnium sanctorum perpetue applicatos et perpetuis temporibus permanuros, cuius altaris ius patronatus prenominati fratres Heyso et Johannes de Königsborne et eorum legitimi heredes ex parte matris vtriusque sexus tam masculi, quam foemelle, post mortem eorum pacifice obtinebunt ac conferent ydoneo clerico, cum vacabit. Quibus omnibus de hoc medio sublati ad plebanum oppidi nostri Möckern, et ad consulum eiusdem diuoluetur. Renuntiantes pro nobis et nostris omnibus successoribus omni iuri, Actioni, vtilitati et impetitioni, proprietati et aliis Singulis quibuscunque nominibus censeantur, quod et que nobis et nostris successoribus in dictis bonis et mansis competebant uel competere possunt aliquantulum in futurum. Testes huius sunt Honorabiles viri, Dominus Nicolaus Spadiz, plebanus in Reppin, Dominus Nicolaus, plebanus in Rozzelow, Henningnus de Loo, miles, poppe Tuns, aduocatus, Rubertus de gul, famulus et alii quam plures fide digni. In cuius rei Testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa, Dilecto nostro fratre Woldemaro, penitus consentiente. Datum et Actum in Antiquo Reppin, Anno domini Millefimo tricentesimo quinquagesimo octauo, feria sexta ante Dominicam Letare.

Aus einem Consulat alter Abschriften verschiedenen Inhalts (Copiar. No. 10) No. 5 im Magdeburger Prov.-Archive.